

De donatio- nibus Ecclē- siæ factis non revocandis vel subtra- hendis.

Qui si non emendaverint, anathemate usque ad satisfactionem & emendationem congruam feri- antur.

Nec tamen ideo ea, quæ Ecclesiis, im- mo Deo, ipsi vel parentes eorum contulisse noscuntur, revocare, vel ecclesiasticarum per- sonarum dispositione subtrahere volentes, erunt aliquatenus audiendi: quæ, si etiam homini contu- lissent, retere non valerent. Unde Ambrosius in libro de Pœnitentia: Sunt, qui opes suas tu- multuario mentis impulsu, non iudicio perpetuo, ubi Ecclesiæ contulerint, postea revocandas putant: Quibus nec prima merces grata est, nec secunda: quia nec prima iudicium habuit, & secunda habuit sacrilegium. Item ex Concilio Agathensi: Clerici vel seculares, qui obligationes parentum, aut datas, aut testamento relictas, retinere persisterint, aut id, quod ipsi donaverint Ecclesiis, vel Monaste- riis, crediderint auferendum, sicut sancta Synodus statuit, velut necatores pauperum, quousque red- dant, ab Ecclesiis excludantur.

De Clerico- rum percussio- nibus.

Illos verò, qui in Clericos violentas manus, nisi fortè se defendentes, injiciunt, pœnam ex- communicationis incurrere sacrosancta Romana jam pridem statuit, & inviolabiliter tenet Eccle- sia: nec a quoquam omnino, nisi a Romano Pon- tifice, vel de mandato ejus, absolvi patitur, aut permittit.

Adhæratio ad Episcopos & vicia & Co- stit.

Vos itaque ipsius, quæ omnium Ecclesia- rum caput est & magistra, vestigiis inherentes, ejus ac nostræ in supradictis omnibus acquiescite functioni; & secundum ea, quæ a sanctis Patribus & predecessores nostris instituta prædiximus, ob- servata, atque ab omnibus per Episcopatus vestros, quantum in vobis est, faciatis firmiter & inviola- biliter observari. Contemptores equidem ec- clesiastica præcipimus usque ad condignam pœnitentiam ultione percelli. Obedientibus autem sit pax Domini nostri Jesu Christi; quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & in futuro præmia æternæ pacis inveniant.

Datum Tuscul. IV. Idus Septembris.

X L I X.

De suspensione Archiepiscopi Eboracen. & Du- nelmen. & excommunicatione Londonien. & Saresbirien. tamquam jurium Cantuarien. Ec- clesiæ invasorum.

Ex Willkine Concilia Bri- tannia, & Hibernia vol. 2. pag. 459

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabilibus fratribus, G. Londoniensi, Jocer- lino, Saresbirienfi, Barth. Exoniensi, Ric. Ce- strensi, Waltero Rossensi, Godefr. S. Afap. Nic. Landavensi, Episcopis, salutem & apostolicam benedictionem.

Præfatio.

Portuerat vos, quamprimum charissi- mus filius noster Henricus Rex vester sub regie dignitatis & fidelitatis obtentu ea vo- bis constituta proposuit, & scripto petiit & ju- ramento firmari, quæ liquido satis & liberta- tem Ecclesiæ, & sacerdotalis officii iudicium, deprimebant, erigere oculos vestros ad cælum, & ascendere pro domo Domini ex adverso, ut non posset in oculis vestris, tacentibus, vobis ecclesias- tica dignitas naufragari. Et quidem si ullus vos pro Pastoralis cura zelus rectitudinis tenuisset, cognovissetis vos super gentes & regna constitu-

tos, ut in majoribus & minoribus evellere plan- taria vitiorum, & germen delectabile Domino in- ferere debeatis. Nunc autem, quia plus in vobis terreni Principis reverentia quam timor Dei, & episcopalis honor valuit dignitatis pro vili- lentis edulio, quod merentes dicimus, contemp- sistis primogenita cum Esau, & implevistis in vobis, quod in populo Judeorum Jeremias la- mentabatur impletum, dicens: Sederunt in ter- ra, conticuerunt senes, & consperserunt cinere capita sua Virgines filie Juda.

Eorum possi- lanimitatem sequit eo, quod con- suetudines processit, nunquam non decuerat vos post tanti temporis spatium sacerdotalem re- sumere firmitatem, & contra tantas enormita- tes cum præterita transgressionis plenitudine fa- cerdotaliter reclamare. Cæterum vos detestabi- li facto pertinaciam adiungentes, & in illarum usurpationum observantia permanetis, & ita in depressione Ecclesiæ præfati Regis votum sequi- videmini, ut quasi præscripta jam de Regno ves- tro ex magna parte Leges Ecclesiasticæ videantur. Et nos quidem usque modo expectavimus, ut cor Principis, aut per officium vestrum, aut per inspirationem suam, vel per expectationem nostram divina gratia visitaret, & supernæ gloriæ magis, quam suæ faceret amatorem. Nam & hoc vobis plerumque suggestum fuerat, & optabile admodum pro qualitate temporis videbatur, ut asperitas ejus in patientia potius & mansuetudi- ne leniretur; nobis autem præteritorum correc- tionem & pœnitentiam expectantibus nihil ipse de pristina severitate mutavit, sed in constitutio- nibus illis iniquis immobilis perseverat. Quan- to jam sanè tempore venerabilis Frater noster Tho- mas Archiepiscopus vester, quia usurpationibus illis, licet prius carnis infirmitate eis visus fuerit consentire, voluit obviare a commissa sibi Ec- clesia, cum Clericis suis & affinis exulaverit, nobis etiam tacentibus recognoscitis. Et utinam eo compateremini charitatis affectu, quo in alia ei causa compati oporteret; vos verò non solum ei fratrum subtraxistis auxilium, sed dolorem vulnerum ipsius, sicut dicitur, addidistis. Cam- enim jamdictus Rex filium nuper coronari volue- rit, & hoc de antiquo jure ad Cantuariensem asseratur Archiepiscopum pertinere, vos, jamdic- ti Fratris nostri auctoritate & reverentia, quam sibi & Ecclesiæ suæ, debetis, postposita ad corona- tionem illius favorem vestrum & ministerium, prægnistis, nulla de servanda Ecclesiæ libertate præstita, vel etiam exacta, sicut dicitur, cautione; quinimo sustinistis potius, ut juramentum ab il- lo de servandis Regni consuetudinibus præstare- tur. Profectò pro reconciliatione illorum, nos per literas, & personas ex latere nostro, & per plures alios viros, qui digni fuerant exaudiri, sepe numero laboravimus; & quicquid datum fuerat nobis spei, præter inanem pompam verbo- rum nihil hætenus potuimus reportare. Nec ta- men hoc ideo dicimus, qui dum adhuc essemus in Francia, in multis eundem Regem liberalem erga nos senserimus & devotum; sed ob hoc non debemus omittere, quin tantis nos trans- gressionibus & pro gloria Dei & pro salute ip- sius, & nostræ zelo rectitudinis opponamus. Nunc igitur, quia sæcularium hominum culpe nullos magis quam desides Prælatos negligentisque respi-

Rex in suis iniquis con- stitutionibus immobilis perseverat.

Thomas Ar- chiep. Can- tuarien. pro- tuenda Ecclē- siæ libertate cum Clericis & consangui- neis suis exu- lacus.

Regis filius coronatus absque jura- menti presta- tione contra Pontif. prohibi- tionem.

Predicatos Episcopi ab omni Episcopali dignitate suspendit. Londonien. & Saresbirien. si præfati Coronationi interfuerint, anathematiz.

Sententia, ab Archiep. cano- nica lata, vel ferenda, observari mæ- dat.

Dat. die 26. Septemb. an- no Domini 1170. Pontif. anno XII.

Ex Archiv. Monast. hu- jus castri Margariis sui Bullarii Par. II. Conf. CXCL.

spiciunt, quia multam sepe nutriunt pestilentiam, dum necessariam adhibere negligunt medicinam, & post expectationem diuturnam, nullo dolore contra vos ipsos, nullo fervore contra iniquas illas usurpationes exurgitis, nos de commissa nobis a Domino potestate de auctoritate Apo- stolicæ Sedis, cui licet immeriti, Deo disponente, ser- vimus, ab omni episcopali vos suspendimus digni- tate. Illos autem vestrum, Londonien. videlicet, & Saresbirien. Episcopos, qui pro impetrata apud nos gratia juxta spem nostram ad reconci- liationem magis labore debuerant, & a jamdic- ti Archiepiscopi gravamine abstinere, si præ- fata coronatione favor sui ministerium præberint, in sententiam anathematis revocamus, & sicut excommunicatos precipimus evitari. De Rossensi verò Episcopo, & G. Ridell. Cantuarien Archi- diacono, qui cum amplius Cantuarien. Ecclesiæ debitores existant, in minori reverentia & ho- nore jamdictum Archiepiscopum habere dicuntur: & alter eorum, Rossensis videlicet Episco- pus, illi coronationi interfuerit, alter verò in se excommunicationis a præfato Archiepiscopo latam sententiam spreverit, illud a vobis remo- ta appellatione observari præcipimus, quod ab eo fuerit canonicè constitutum. Nos enim eos quan- to gravius videntur offendere, tanto durius de- cernimus addicendos. Ad hæc quicquid adver- sus Robertum Vicarium Cantuariensem Archi- diaconi contemptorem sententia sua idem Ar- chiepiscopus statuit, vel in futurum rationabili- ter statuerit, firmiter & inviolabiliter nulla ei suffra- gante appellatione custodiri præcipimus manda- mus; Clericos autem Hugonem, Nicolaum, Tho- mam, & Willielmum, & ceteros, qui excommunica- ti a prædicto Archiepisc. divina scienter celebrare præsumpserint, si ita est, vinculo anathematis in- nodari, eorumque communionem sicut excommu- nicatorum precipimus evitari.

Datum Ferentini XVI. Kalen. Octobris In- carnationis Dominicæ anno MCLXX. Pontifica- tus nostri anno XII.

L.

Statutum, ne cuilibet Sublacenfi S. Benedicti Mo- nasterii Abbati illius bona dilapidare liceat: quod si contingat, ad Sedem Apostolicam esse reclamandum.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, di- lectis filiis universis fratribus sancti Benedicti Sublacenfi, salutem & apostolicam benedi- ctionem.

Justis petentium desideriis facilem nos convenit præbere consensum; & vota, quæ a recto rationis tramite non discordant, ef- fectu proficere complere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris postulationibus annuen- tes, apostolica vobis auctoritate concedimus, ut si quando Simonem Abbatem vestrum, & illos, qui ei successerint, bona Monasterii dilapidare videritis, si communiti distare fortè noluerint, ad Sedem Apostolicam reclamandi, & ea, quæ ad incommodum Monasterii pertinent, indicandi fa- cultatem liberam habeatis; neque Abbati vestro

ullo tempore liceat, aliquem vestrum occasione ista, in compendibus ponere, aut aliqua injusta gravamina irrogare: salvâ tamen in omnibus beati Benedicti regulâ, & monastici Ordinis disci- plinâ. Statuimus ergo, ut nulli omnino homi- num liceat hanc paginam nostræ concessionis in- fringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignatio- nem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Tusculani Idibus Octobris.

Dat. die 15. Octobris an- no Domini 1170. Pontif. anno XII.

I. I.

Confirmatio bonorum & consuetudinum omnium Capituli Ecclesiæ Parisiensis, ac præcipue Præbendæ S. Genovefæ.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, B. Decano, & Capitulo Parisiensis Ecclesiæ, salutem & apostolicam benedictio- nem.

Ex Concip Tom. XIII. let. citi.

Quantò fervorem devotionis vestræ lau- dabilis sumus, & efficacius in mul- tis experti, tantò libentius jura & libertates Ecclesiæ vestræ conservare volumus, & tueri, & vestris justis postulationibus benigne descendere: ut de sinceritate devotionis, quam erga nos & Romanam Ecclesiam geritis, gratiam nostram uberius sentiat. Eapropter, dilecti in Domino filii, officii nostri debito provocati, & petitionibus vestris clementer in- ducti, libertates, & antiquas & rationabiles consuetudines Ecclesiæ vestræ, a tempore sanctæ recordationis patris & predecessores nostri Eu- genii Papæ usque ad nostra tempora observatas, ratas habemus & firmas, easque auctoritate apo- stolica confirmantes, perpetuam impostero de- cernimus habere firmitatem. Ad hæc, cum qua- dam monasteria & Ecclesiæ præbendas habeant in Ecclesia vestra, & dilecto filio nostro magi- stro Mainerio præbenda S. Genovefæ concessa sit: ve- riri, ne paulatim subrependo in detrimentum præ- dictorum Monasteriorum & Ecclesiarum, & in gravamen vestrum, hujusmodi consuetudo ino- leat in Ecclesia vestra, postulatis a nobis, ut super hoc juri vestro, & indemnitati eorumdem Mo- nasteriorum & Ecclesiarum, pastorali debere- mus sollicitudine præcavere; Inde est, quod præ- senti scripto arctius inhibemus, ne de aliqua præ- bendarum, quas præscripta Monasteria vel Ec- clesiæ habent in Ecclesia vestra, quambilibet per- sonam canonicare cogamini. Nulli ergo omni- no hominum liceat, hanc paginam nostræ confir- mationis & constitutionis infringere, vel etiam aliquatenus contraire. Si quis autem hoc atten- tate præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Ferentini V. Kal. Novembris.

Dat. die 28. Octobris an- no Domini 1170. Pontif. anno XII.



L I I.

Confirmatio honorum omnium & jurium S. Eugubinae Ecclesiae.

Similia Privilegia huic Ecclesiae concessa ab Innocentio II. anno 1130. & Celestino II. anno 1143.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Benedicto Preposito Ecclesiae Sedis Episcopalis B. Mariani Eugubinae Civitatis, ejusque fratribus tam praesentibus quam futuris canonicis institutis, in perpetuum.

Ex Tom. I. Ital. Sac. U. gbell.

Exordium.

Ecclesiam B. Mariani Eugubii sub protectione Sedis Apostolicae recipiens.

Ei bona omnia confirmat.

Quoties illud a nobis petitur, quod religioni & honestati convenire dignoscitur, animo nos deest libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuentes, & ad exemplar praedecessorum nostrorum felicitis memoriae, Innocentii, & Celestini, Romanorum Pontificum, praefatam Ecclesiam beati Mariani, in qua divino estis obsequio mancipati, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praesente Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneat; In quibus haec propriis diximus exprimenda vocabulis: Plebem vid. S. Joannis de civitate Eugub. plebem S. Mariae de Sorvita, plebem de Lufiano, plebem S. Mariae de Algnana, pleb. sanctae Mariae de Glodiano cum plebe S. Donati & S. Viriani, pleb. S. Gervasii, pleb. S. Paterniani de Modiano, curtem de Lavari, cum omnibus aliis Ecclesiis, ad bona praedictae Ecclesiae pertinentibus, cappellam videlicet S. Bartholomaei, cappellam S. Crucis, cappellam S. Veracundi, cappellam S. Angeli, cappellam S. Georgii, cappellam S. Savini, cappellam S. Angeli, cappellam S. Christophori, cappellam S. Salvatoris, cappellam S. Mariae de Modiuo, cappellam S. Bartholomaei de castro Venali, cappellam S. Mariae, & cappellam S. Georgii de Cortina, cappellam S. Mariae de Scarafajo, cappellam sanctae Margaritae cum omnibus pertinentiis, cappellam S. Mariae Francolinorum de civitate Perusina, & cappellam castri Montis-auri, cappellam Podii filiorum Armani, & partem quam habetis in castro Castellionis, & in Ecclesia ejusdem castri, partem castri Carestelli & in Ecclesia ejusdem castri, Ecclesiam Podii Glodiani, & tertiam partem ejusdem Podii, castrum montis Juliani cum curte sua, castrum montis Analdi cum curte sua, castrum Goligatæ cum curte sua, castrum vallis S. Mercurii cum Ecclesia & curte sua, castrum Agnaniae, castrum Agelli cum Ecclesia: quae siquidem vobis confirmamus, prout ea impraesentiarum pacificè possidetis. Prohibemus quoque, ut infra antiquos terminos majoris sive baptismalis Ecclesiae, absque vestra permissione nullus Ecclesiam edificare praesumat, nec intra majoris & baptismalis Ecclesiae illis

Nonnulla concessit Privilegia at que exemptiones.

concessa nullus vobis auferre audeat, nec homines infra eosdem terminos habitantes ad sepulturam ad alia loca transire compellat; clericos, sive laicos liberos, qui de seculari habitu converti, & in vestra Ecclesia religiose vivere voluerint, recipiendi facultatem liberam vobis concedimus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, & extremae voluntati, qui illic sepeliri deliberarint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat: salva iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Praeterea praesenti decreto sancimus, ut Episcopus Perusinus non liceat, Ecclesiam vestram, quam Perusii habetis, novas & indolitas exactiones imponere, vel eandem Ecclesiam absque iusta & manifesta causa interdictioni subicere. Decernimus ergo &c.

Alexandri PP. & S. R. E. Cardd. subscriptiones.

EGO ALEXANDER Catholicae Ecclesiae Episcopus. Ego Bernardus Portuensis & S. Rufinae Episcopus. Ego Joannes Presb. Card. sanctorum Joannis & Pauli. Ego Hildebrandus Basilicae duodecim Apostolorum Presb. Card. Ego Albertus Presb. Card. tit. S. Laurentii in Lucina. Ego Guido Presbyter Card. tit. sancti Petri ad Vincula. Ego Boso Presb. Cardinalis sanctae Pudencianae tit. Pastoris. Ego Theoditus Presb. Cardinalis S. Vitalis tit. Vestinae. Ego Jacintus Diaconus Cardinalis sanctae Mariae in Cosmedin. Ego Manfredus sancti Georgii ad Velum aureum Diaconus Cardinalis. Ego Ugo Diaconus Cardinalis S. Eustachii iuxta templum Agrippae. Datum Tusculani per manum Gratiani sanctae R. E. Subdiaconi, III. Kal. Novembris, Ind. IV. Incarnationis Dominicae anno MCLXX. Pontificatus vero Domni Alexandri Papae III. anno XII.

Dat. die 30. Octobris anno Domini 1170. Pontif. anno XII.

L I I I.

Londoniensi & Saresberien. Episcopis poenitentia infligitur, quod sine consensu Archiepiscopi Cantuariensis Regem coronarunt.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabilibus fratribus Londonien. & Saresberien. Episcopis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Poenitentia Concilia Britanniae & Hiberniae. Pel. 1. pag. 460.

Quamvis curae pastoralis officium, in austeritate olei, & in suavitate vini nos oporteat exercere, & his, qui subesse videntur, nec mollia, nec dura proponere; in voluntate nostra tamen esset, ac desiderio, ut in omnibus, & praesertim in fratribus, & Coepiscopis nostris, ita se totius subtraheret auctoritatis occasio, ut semper eos & confortare in bono, & exhortari ad melius blandi solummodo, & dulcibus deberemus. Quia vero, frigescente charitate multorum, & abundante malitia, eo infelicium temporum horum processit ini-

Praefatio.

L I V.

Confirmatio cujusdam Decreti Capituli Parisiensis pro residentia Canonicorum Forinsecorum.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, B. Decano, & Capitulo Parisiensi, salutem & apostolicam benedictionem.

Ex Chartulario Ecclesiae hujus eidem Baluzii Miscell. Tom. II. pag. 233.

Exordium.

EA, quae ad incrementum Ecclesiarum, & venustatis spectant decorem, juxta officii nostri debitum studiosius prosequi volumus, & iis promptam curam & diligentiam adhibere optamus, quae ad vestrum & Ecclesiae vestrae cognoscimus pertinere profectum. Ex literis autem, quas nobis devotio vestra transmisit, evidenter accepimus, quod, quia quidam vestrum, alienis insistentes negotiis, raro Ecclesiae vestrae praesentiam exhibeant, & ceteri eandem licentiam absentandi se velint habere, communi consilio illos Canonicorum vestrorum Forinsecos ordinastis, qui per medietatem anni in Ecclesiae vestrae servitio assidui non fuerint, ita tamen, quod circa quatuor marcas argenti de Praebenda sua annuatim recipiant: eis exceptis, qui in servitio nostro vel Regis Francorum permanserint, & hoc sub anathematis interpositione firmastis. Unde nos paci, quieti, & utilitati vestrae, sicut diximus, paterna meditatione providere volentes, praescriptam institutionem, sicut a majori & saniori parte Capituli facta est, ratam & firmam habemus; & ne quorumlibet valeat praesumptione mutari, eam auctoritate apostolica confirmamus, & praesentis scripti patrocinio communimus; Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & B. Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Tusculani II. Idus Decembris.

Decretum Parisiensis Capituli pro residentia Canonicorum, sua statuta ponit.

Causa, in quibus dispensati conscri debent.

Confirmatur.

Dat. die 12. Decemb. anno Domini 1170. Pontif. anno XII.

L V.

Confirmatio libertatum, & consuetudinum Ecclesiarum Regni Scotiae.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabilibus fratribus, R. Episcopo S. Andreae, & ceteris Episcopis per Scotiam constitutis, salutem & apostolicam benedictionem.

Ex VII. Concilio Britanniae & Hiberniae. Pel. 1. pag. 461.

Exordium.

Admonet nos cura suscepti regiminis, & debitum exigit Pontificalis officii Fratres & Coepiscopos nostros uberiori charitate diligere, & eorum statum integrum & incolumem custodire; & attentiori studio & sollicitudine providere, ne jura vel dignitates eorum diminui valeant, vel alicujus temeritate turbari; quia non possunt de causa sibi commissa esse solliciti, si eis Apostolicae provisionis praesidium vel favor deest. Hoc itaque considerato, nos industi, & vestrae devotionis intuitu provocati, antiquas libertates & rationabiles consuetudines, quas haecenus in consecrandis Episcopis, quam in aliis habuisse noscimus.

Aniquas libertates, & consuetudines Episcopis Scotiae confirmat.

G g g

iniquitas, ut hi, qui ad ducatum constituti sunt & regimen aliorum, jam aliquoties in omni veritate a suis voluntatibus revocentur, contra eos interdum virgam cogimur extendere discipulina, quos ad correctionem aliorum adjutores deberemus habere.

Thomas Archiepiscopus Cantuariensis exilium commemorat.

Quid sane cause venerabilem fratrem nostrum Thomam Cantuariensem Archiepiscopum Apostolicae Sedis Legatum a Sede sua exulare compulerit, non oportet literis praesentibus annotare; quin & vos praesentialiter aspexistis, & per totam fere occidentalem Ecclesiam fama celebris divulgavit. Et pro ipso quidem ad Creatorem nostrum in commune resonare debet gratiarum actio & vox laudis, qui, ut credimus, tentatus in paucis, in multis bene disponitur, quum Deus temptavit eum, & invenit dignum se. De vobis autem sine magna admiratione non ferimus, quod spiritu compassionis amisso, a tribulatione ipsius ita miserationis oculos averstis, ut dicere potuerit, quod vir ille justus & timoratus Job inter flagella positus querebatur, dicens: Fratres mei praeterierunt me sicut torrens, qui raptim fluit de inconvallibus. Paterat vobis factis divini iudicii terrorem incutere, quod non ascendistis ex adverso, nec posuistis vos murum, ut staretis pro domo Domini in die praellii: quod facti estis sicut arietes non habentes cornua ante faciem subsequens. Vos insuper eum, qui unus de tanta multitudine zelatus est legem Domini, convertistis in praellium; & sicut ait Propheta, desuper tunicam abstulistis, & pallium; cum enim bonae memoriae Theobaldus praedecessor ejusdem Archiepiscopi charissimo filio nostro Henrico Anglie Regi coronam sicut dicitur, imposuisset: cum etiam antecessor ipsius Regis ab eodem acceperit, ac per hoc Cantuariensem Ecclesiam quasi possessionem hujus dignitatis haberet; vos tamen novi Regis coronationi, eo irreposito in Provincia ejus, & ministerium, sive assensum vestrum praebere, nobis auctoritate Apostolica literis inhihibentibus, praesumpstis; & qui relevare ipsius exilium qualibuscumque solatiis debuistis, aggravastis potius causam ejus, & super dolorem vulnerum ipsius, quod merentes dicimus, addidistis. In quo facto, etsi contra personas vestras, non quantum culpa exigit, moveamur; pertransire tamen hoc sub silentio non debemus: ne forte, quod Deus avertat, & nos & vos sententiam divinae severitatis adjiciat, si vobis, ut ait Propheta, parietem erigentibus, nos cum luto absque paleis liniamus; aditum pandamus excessibus, si ea, quae in oculis omnium perperam acta sunt, neglexerimus vindicare. Noveritis itaque tandem vos ab episcopali officio commissa nobis a Deo auctoritate suspensos, & etiam si pax completa non fuerit, in sententiam anathematis revocatos; quia pro impetrata apud nos gratia, juxta spem nostram ad reconciliationem magis laborare debueratis, & a jamdicti Archiepiscopi gravamine abstinere, donec ad Sedem Apostolicam, nisi per praefatum Archiepiscopum steterit, de tanto satisfacturi excessu accederetis. Si autem ita eidem Archiepiscopo & Cantuariensi Ecclesiae satisfacere curaveritis, ut poenam istam ipse videat relaxandam, vicem nostram per eum volumus adimpleri.

Cantuariensem Ecclesiam Anglorum Reges incoronandi possessionem habere ostendit.

Eisdem ab episcopali officio suspensum.

Dat. die 24. Novemb. anno Domini 1170. Pontif. anno XII.

Datum Tusculani VIII. Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno XII. Bull. Rom. Tom. II.